

## PARS SECUNDA.

### DE REGIMINE.

#### LECTIO I.

Regimen dicitur dependentia partis orationis ex alia juxta naturam linguæ.

Porro natura sive indoles linguæ ex usu eorum, qui recte scripserunt maxime deducitur; qui usus suprema apud Grammaticos lex est.

*Nomen, verbum, præpositio* solum vere ac proprie regere dicuntur: nam *pronomen* et *adverbium* ideo regunt, quod nominis vim habent. Reguntur *nomen substantivum* et *pronomen*.

#### I

##### DE REGIMINE NOMINIS SUBSTANTIVI.

\* 1. Quotiescumque nomina substantiva in oratione continuantur, eorum alterum, quod scilicet præpositione *de* (Hispana) notatur, genitivo casu effertur: *Supplicium est pœna peccati* (Cic.)

2. Quod si genitivus, qualitatem vel materiam significet, vel ex eo deduci possit adjectivum, malunt latini adjectivum cum priore substantivo componere; *Quæsitum est, possetne paternorum bonorum ex hæres esse filius?* (Cic.)—*Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ curvatura rotæ.* (Ov.)

#### Appendix.

1. Genitivum qualitatis in ablativum mutari potest: «*Neque monere te audeo præstanti prudentia virum, nec confirmare maximi animi hominem.*» (Cic.) Alias manente substantivo in ablativo, adjectivum cum subjecto concordat in hunc modum: *Virum præstantem prudentia* At vero, quemadmodum hic ablativus non tribuitur substantivo, ita prior videtur regi non a substantivis, sed ab adjectivis subauditis, *præditus, vacuus*, etc.

2. *Opus*, vel est nomen substantivum, quod accedente verbo *sum* jungitur ablativo rei; vel habetur ut adjectivum ideam sonans

ac *necessarius*, et convenit cum substantivo; neutro tamen modo in casu declinatur: «*Apud Terentiam gratia opus est nobis tua, tuaque auctoritate.*» (Cic.)—«*Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, consulibus.*» (Liv.) Nomen *usus* iisdem legibus subjacet, sed et genitivum pronominis habere potest: *Nunc viribus usus.* (Virg.)—*Si quis usus est mei.* (Liv.)

#### LECTIO II.

##### DE REGIMINE NOMINIS ADJECTIVI

Nomen adjectivum rerum qualitates significat, vel gradu positivo, vel comparativo, vel superlativo. Positivum pro oratione casus quem regit in sex ordines dispertiemus.

#### I

##### GENITIVUS POST ADJECTIVUM.

\* 1. Adjectiva substantive posita genitivum poscunt: porro adjectivum tum poni dicitur substantive, cum absolute usurpatur ejus terminatio neutra singularis numeri: «*Tantum cibi et potionis adhibendum est, ut reficiantur vires, non opprimantur.*» (Cic.)—*Reliquum noctis acquivit.* (Liv.)

\* 2. Adjectiva, quæ scientiam, communionem, copiam et his contraria significant, quæque in *ax, ius, idus*, et *osus* terminantur, genitivum postulant. *Fabius pictor et litterarum et antiquitatis bene peritus* (Cic.)—*Semper studiosus nobilitatis fui* (Id.)

#### Appendix.

\* Sunt et alia adjectiva quæ genitivum postulant, ut *memor, immemor, securus, reus, compertus, manifestus*, etc. quorum regimen ex subjecto catalogo a P. La Cerda confecto planius innotescet. In eo continetur et varia nominum verborumque significatio, et pro varietate significationis ejusdem nominis diversi casus quos postulant.

##### SCIENTIAM SIGNIFICANT.

Peritus (*sabio*) juris.

Imperitus (*que no sabe*) rerum omnium.

Scitus (*conocedor*) vadorum.

Gnarus (*entendido*) reipublicæ

Ignarus (*ignorante*) legum; (*desconocido*), vigilibus

Doctus (*docto*) grammaticæ.  
 Indoctus (*indocto*) pilæ.  
 Prudens (*prudente*) impendentium malorum.  
 Imprūdēns (*ignorante*) religionis.  
 Certus (*cierto*) sententiæ.  
 Incertus (*incierto*) veri.  
 Callīdus (*entendido*) rerum rusticarum.  
 Rudis (*rudo*) græcarum litterarum.  
 Certior (*sabedor*) exitiī, de suis rebus  
 Nescius (*que no sabe*) impendentis mali.  
 Inscius (*que no sabe*) omnium.

## COMMUNIONEM:

Consors (*compañero en la suerte*) laboris.  
 Exsors (*no participante*) culpæ.  
 Compos (*que tiene*) mentis, (*cuerto*) sui.  
 Impos (*que no tiene*) animi.  
 Impōtēns (*que no refrena*) iræ.  
 Particeps (*participante*) voluptatis.  
 Affinis (*participante*) tuæ culpæ, scelēri.  
 Expers (*sin parte*) prudentiæ.  
 Reus (*acusado*) audaciæ  
 Insons (*sin culpa*) consilii.  
 Insōlens (*desacostumbrado*) infamiæ.  
 Insuetus (*no acostumbrado*) labōris.

## COPIAM:

Fertilis (*fertil*) fructuum.  
 Sterilis (*estéril*) virtutum.  
 Fecundus (*abundante*) metallorum.  
 Egenus (*menestero*) omnium.  
 Liberalis (*liberal en dar*) pecuniæ.  
 Parcus (*escaso*) bonorum.  
 Largus (*generoso*) opum.

## FINITA IN AX:

Capax (*capaz*) amicitia.  
 Tenax (*retenedor*) juris.  
 Edax (*tragador*) multi cibi.  
 Ferax (*fertil*) venenorum.

## IN IUS:

Conscius (*sabedor*) mihi, sceleris, facinori, vel de...  
 Anxius (*solicito*) securitatis.  
 Dubius (*dudoso*) præsidii.

## IN IDUS:

Invidus (*envidioso*) laudis.  
 Cupīdus (*deseoso*) pacis  
 Providus (*apercibido*) futurorum.  
 Avidus (*ansioso*) gloria.

## IN OSUS:

Studiosus (*aficionado*) mei.  
 Fastidiosus (*que se enfada*) litterarum.  
 Curiosus (*curioso*) medicinæ.  
 Incuriosus (*no curioso*) disciplinæ.

## ITEM:

Memor (*que se acuerda*) beneficii.  
 Immemor (*olvidado*) mandati.  
 Securus (*seguro*) potentia, a metu,  
 Incautus (*descuidado*) futuri.  
 Formidolosus (*temeroso*) hostium.  
 Interritus (*que no teme*) leti.

## II.

## GENITIVUS VEL DATIVUS POST ADJECTIVUM.

\* 1. Adjectiva quæ similitudinem aut dissimilitudinem significant, dandi vel interrogandi casum postulant. *Domini similis est.* (TERENT.)—*Nihil tam dissimile quam Cotta Sulpicio.* (CIC.)

2. Eundem casum postulant *communis et proprius*: hoc tamen tutius et elegantius genitivo jungi vdetur; «*Id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis.*» (CIC.) «*Quid tam est commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectionis?*» (ID)

Similis (*semejante*) domini, patri.  
 Assimilis (*muy semejante*) sui, spongiis,  
 Absimilis (*desemejante*) principi.  
 Dissimilis (*desemejante*) suorum, homini.  
 Dispar (*desigual*) sui vel iis.  
 Communis (*comun*) utriusque vel utriusque: hoc mihi tecum, inter nos.  
 Proprius (*propio*) oratoris, nobis.

## III.

## DATIVUS POST ADJECTIVUM.

\* 1. Nomina quibus commōdum, voluptas, gratia, favor, æqualitas, fidelitas et his contraria significantur, dativo junguntur: *O gratas tuas mihi, jucundasque litteras!* (CIC.)

\* 2. Eundem casum postulant verbalia in *bilis*, sive active sive passive usurpentur, et composita et præpositione *con* et alia quæ in appendice afferentur: «*Cui pax, præsertim civilis, fuit optabilis.*» (CIC.) «*Cum ejus mors consentanea vitæ fuërit.*» (ID.)

## Appendix.

1. Ex his adjectivis, quæ benevolentiam, vel animi aversionem significant accusativo adhærent cum præpositione *in* vel *erga* vel *adversus*: «*Ne malus item erga me sit, ut erga illum fuit.*» (PLAUT.)

\* 2. Quæ habilitatem seu animi dispositionem præ se ferunt cum ad res referuntur, accusativum cum præpositione *ad* postulant: «*Homo bene appositus ad istius audaciam.*» (CIC.) «*Pompeius vir ad omnia summa natus.*» (ID.)

3. Conscius habet dativum personæ et genitivum rei; quandoque etiam dativum rei: *sibi... nullius culpæ conscius.* (CIC.) «*Conscium illi facinori fuisse arbitrabantur.*» (ID.)

## COMMODUM.

Salutāris (*saludable*) nobis.  
Perniciōsus (*dañoso*) reipublicæ.  
Commōdus (*provechoso*) tibi.  
Incommōdus (*dañoso*) filio.  
Salūbris (*saludable*) visui.  
Pestifer (*pestilencial*) multis.  
Infestus (*enemigo*) mihi.  
Infensus (*enojado*) illi.

## VOTUPTAS:

Jucundus (*gustoso*) nobis.  
Molestus (*molesto*) aliis.  
Absurdus (*malsonante*) auribus.

## GRATIA:

Gratus (*grato*) Cæsāri, in vel erga...  
Beneficus (*benéfico*) amicis, in, erga...  
Benevōlus (*benévolo*) omnibus, in, erga...  
Comis (*suave*) tibi, in te.  
Pius (*piadoso*) patriæ, in patriam.  
Officiosus (*cortés*) invisenti, in, erga.  
Carus (*amado*) Africano.  
Cradēlis (*cruel*) libēris, in libēros  
Impius (*impio*) diis, in patres.  
Sevērus (*severo*) tibi, in reos.  
Pervicax (*obstinado*) adversus aliquem.  
Importūnus (*no á propósito*) sermoni.  
Invisus (*aborrecible*) Deo.  
Odiosus (*odioso*) plerisque.  
Invidiosus (*aborrecible*) diis  
Offensus (*aborrecible*) patribus.  
Propitius (*favorable*) urbi.  
Adversus (*contrario*) fortitudini.

## ÆQUALITAS.

Æquālis (*igual en edad*) illius.  
Par (*igual*) tanto onēri.  
Impar (*desigual*) animo.  
Compar (*igual*) alicujus, alicui, cum aliquo.  
Suppar (*casi igual*) huic ætati.

## FIDELITAS.

Fidēlis (*fiel*) imperio.  
Infidēlis (*desleal*) hero.  
Fidus (*leal*) domino.  
Infidus (*desleal*) fideli.  
Perfidēlis (*muy fiel*) mihi.

## IN BILIS.

Optabilis (*deseable*) omnibus.  
Amabilis (*amable*) mihi.

## COMPOSITA EX CON.

Confinis (*que confina*) Æthiopiæ.  
Conscius (*que tiene conciencia*) sibi nullius culpæ.  
Conterminus (*que alinda*) Hispaniæ.  
Consentaneus (*conforme*) rationi.  
Concōlor (*de igual color*) lanæ.  
Continens (*que está junto*) terræ.

Propinquus (*cercano*) tibi.  
 Obnoxius (*expuesto*) periculis.  
 Obvius (*que sale al encuentro*) mihi.  
 Pervius (*patente*) omnibus.  
 Præcipuus (*propio, especial*) consûli.  
 Vicinus (*vecino*) mihi.  
 Finitimus (*que está cercano*) morti.  
 Supplex (*rendido*) vobis.  
 Discors (*discorde*) sibi.  
 Opportunus (*á propósito*) nobis, ad rem.  
 Inutilis (*inútil*) sibi, ad usus civium.  
 Proprior (*más cercano*) vero, ad fidem.  
 Promptus (*pronto*) servitio, ad arma.  
 Natus (*nacido*) patri, ad omnia summa.  
 Pronus, propensus, proclivis (*inclinado*)  
 vitiis, ad studia.

## IV

## ACCUSATIVUS VEL ABLATIVUS POST ADJECTIVUM.

1. Adjectiva *altus, profundus, longus, latus, crassus*, et cetera, quibus dimensiones generâles exprimuntur, accusativum vel ablativum certæ mensuræ postulant: *Perpetuæ fossæ quinos pedes altæ ducebantur.* (CAES.) *Talææ pedem longo fodiebantur* (ID.) *Trabem longam imponito crassam pede uno* (CAT.)

\* 2. Interdum adhibetur genitivus: «*Medicæ singulos cyathos serere oportet in areolis longis pedum denum.*» (COL.)

## V

## ABLATIVUS POST ADJECTIVUM.

Plerumque adjectiva ablativo junguntur, qui significet laudem, vituperationem vel partem: *Antonius pedibus æger.* (SAL.)

Extorris nudus, dignus, contentus, inanis,  
 Atque refertus, inops, locuples, alienus, onustus,  
 Immūnis, plenus, cassus, divesque, potensque,  
 Tum fretus, vacuus, tum captus, præditus, orbus,  
 Indignus, liber, viduus sibi jure latinum  
 Assumunt casum: ut *summo vir dignus honore.*  
*Huic tradita urbs est nuda præsidio, referta copiis* (CIC.)

Ex his adjectivis plurima genitivo adjungi possunt, alia ablativo.

Suavis (*suave*) voce.  
 Durus (*duro*) moribus.  
 Quietus (*apacible*) moribus.  
 Insignis (*señalado*) genere.  
 Vastus (*bronco*) corporis motu.  
 Incultus (*tosco*) oratione  
 Captus (*defectuoso*) membris.  
 Dignus (*digno*) honoris, nomine.  
 Contentus (*contento*) parvo.  
 Inanis (*vacio*) verborum, aliqua re  
 Locuples (*rico*) rei familiaris, copiis.  
 Onustus (*cargado*) frumento  
 Immūnis (*exento*) belli, militia.  
 Plenus (*lleno*) spei, timoribus.  
 Casus (*vacio*) luminis, sanguine.  
 Dives (*rico*) auri, copiis.  
 Potens (*poderoso*) divitiis.  
 Fretus (*confiado*) innocentia  
 Præditus (*adornado*) modestia.  
 Refertus (*lleno*) historiæ, suavitate.

## VI.

ABLATIVUS CUM *a* VEL *ab* POST ADJECTIVUM.

Ordinis accipiunt sextum numeralia junctis  
 A vel *ab*: *extorris, nudus, diversus* easdem,  
*Incautus, fugitivus, amant, innoxius, exul,*  
*Adversus, securus, inops, alienus* et *orbus*  
*Integer* atque *alius*, cum *degener* adjice *purus,*  
*Cassus* et *immūnis, vacuus* cum *sospite liber,*  
*Absōnus* ac *tutus, profugus*: velut *exul ab urbe.*

*Carneades est quartus ab Arcesila* (CIC.) *Certa cum illo qui a te totus diversus est* (CIC.) *Vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere.* (ID.)

Orbus (*privado*) auxilii, patre, ab....  
 Extorris (*desterrado*) urbe, a patria.  
 Liber (*libre*) metu, a perturbatione.  
 Vacuus (*vacio*) laboris, periculo, a....  
 Nudus (*desnudo*) præsidii, ab....  
 Purus (*limpio*) scelëris, a labe.  
 Inops (*pobre*) consilii, verbis, ab....  
 Tutus (*seguro*) a calore.

Diversus (*diverso*) a te.  
 Alienus (*ajeno*) illi, virtutis, amicitia, ab.  
 Alius (*otro*) ab illo, ac Cicero.  
 Absõnus (*diferente*) motus, a voce.  
 Primus, secundus, tertius, etc., (*el primero, segundo, tercero*, etc.) a rege.  
 Ortus, oriundus, profectus, etc., (*oriundo & descendente*) nobili genere, ab.....

## VII

## DE ADJECTIVO COMPARATIVO.

\* 1. Comparativum æqualitatis exprimitur latine per particulas *tam, quam, atque, ac*, quæ fere positivis junguntur. «*Tam sum misericors, Judices, quam vos, tam sum lenis, quam qui lenissimus.*» (CIC.)

G. 2. Comparativum præstantiæ ablativum poscit: hic ablativus, intercedente conjunctione *quam*, mutari potest in casum verbo congruentem. «*Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.*» (HOR.) «*Tu innocentior quam Metellus.*» (CIC.)

3. Adverbium *minus* positivis additum comparativum exprimit inferioris gradus, legesque supra traditas servat: «*Nemo illo minus fuit emax, minus ædificator.*» (NEP.)

## Appendix.

1. Comparativis adduntur ablativi *opinione, spe, dicto, solito, æquo, justo*, qui vim habent verbi cum conjunctione *quam*.—*Speque redit citius*, id est, *citius quam speratur.* (OV.)

\* 2. Cum duo nomina adjectiva inter se comparantur, vel priori additur adverbium *magis*, vel uterque gradu comparativo, exprimuntur: *corpora magna magis quam firma.* (LIV.)—*Pestilentia coorta minacior, quam perniciosior.* (ID.)

3. *Plus* et *amplius*, sicut et *minus* numeralibus et partitivis nominibus adduntur, accedente vel omissa particula *quam*, «*Pictores antiqui non sunt usi plus quam quatuor coloribus.*» (CIC.) «*Minus duo millia hominum ex tanto exercitu effugerunt.*» (LIV.)

\* 4. Comparativa præter proprium casum habent casum positivum; si verò vis comparationis augenda, aut minuenda est, id fiet per adverbia quibus ablativi terminatio sit, ut *paulo, nullo*, etc. «*Est finitimus oratori poeta, numeris adstrictior paulo.*» (CIC.) «*Eo gravior est dolor, quo culpa major.*» (ID.)

5. Comparativis aliquando apud poetas additur adverbium *magis* *Quis... magis beatior?* (VIRG.)

\* 6. Consueverunt latini comparativo uti, altero termino non expresso, præcipue cum non ad comparationem instituendum, sed ad gradum aliquem absolute spectatum majori vi exprimentum adhibebant: *senectus est natura loquacior.* (CIC.)

## VIII.

## DE ADJECTIVO SUPERLATIVO

Superlativum absolute sumptum non excludit superiorem gradum: sic ait Cicero: «*Persuade tibi esse te quidem mihi carissimum, sed nullo fore cariorem, si bonis præceptis lætabere.*»—Relative sumptum extollit aut deprimit unum, vel aliquos, supra aut infra omnes ejusdem speciei «*Theophrastus elegantissimus omnium philosophorum.*» (CIC.) «*Mittunt nobilissimos civitatis.*» (CAES.)

\* 1. Superlativum convenit cum substantivo genere, numero et casu; post se autem habet genitivum pluralem, vel singularem collectivi nominis, aut ablativum cum præpositione *e, ex* vel *de*: «*Indus est omnium fluminum maximus.*» (CIC.)—«*Habes adversarios... hujus ætatis, homines disertissimos.*» (ID.) «*De tuis innumerabilibus in me officiis, erit hoc gratissimum.*» (ID.)

\* 2. Mutatur interdum genitivus superlativi in acusativum cum præpositione *ante* aut *inter*: «*Ipse honestissimus inter suos numerabatur.*» «*—Longe ante alios acceptissimus militum animis.*» (CIC.)

\* 3. Admittit etiam positivi regimen præter proprium superlativi casum: «*Numero eodem fuit Sextus Aelius juris quidem civilis omnium peritissimus.*» (CIC.)

## Appendix.

1. Superlativi vis maxime augetur additis particulis *facile, longe, vel tanto*.. et velut extremo gradu, addito *quam* cum verbo *possum* aperte vel occulte: «*Ex Britannis omnibus longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt.*» (CAES.)—«*In fidibus musicorum aures vel minima sentiunt.*» (CIC.) «*—Orator utatur verbis quam usitatissimis.*» (CIC.) Subaudito *possit*.

2. Pro superlativo usurpatur aliquando comparativum, præcipue cum de duobus sermo est: *O major juvenum.* (HOR.)

## IX

## DE ADJECTIVIS NUMERALIBUS, PARTITIVIS ET DISTRIBUTIVIS.

\* 1. Cardinalia ut *quinque, centum, etc.*, quælibet partitiva, ut *unus, multi, pauci, etc.*, genitivum pluralem postulant, vel ablativum cum præpositione *e, ex* vel *de*: «*Octoginta Macedonum interfecerunt. (CURT.) Id quidam ex philosophis faciendum omnino non putabant.*» (CIC.)

2. Cum aliquid pari numero aut quantitate in plura dividitur, nomen utrumque numerale distributivum sit oportet: res autem vel mensura, in quam cadit distributio, accusativo effertur cum præpositione *in*: «*Describebat censes binos in singulas civitates.*» (ID.)

3. Distributivi numeri, præter *singulus*, loco cardinalium junguntur substantivis, quæ singulari numero carent: *Inter bina castra colloquutus est.* (CIC.) Non raro etiam substantivis, quæ singularem quoque numerum habent. «*Cum... sestertiis binis tritici modius esset.*» (CIC.) Usurpatur etiam a poetis et historicis distributivus numerus cum substantivis singulari numero: *Septenum numerum legionum.*» (BRUT. APUD. CIC.) *Terno ordine.* (VIRG.)

## Appendix.

1. *Mille*, ut adjectivum. pluralis est numeri, cohæret substantivis, nec declinatur: «*Equites mille via breviori præmisit.*» (CIC.) Ut substantivum (*millar*) declinatur numero plurali, postulatque genitivum, vel apponitur ut substantivum. *Quo in fundo facile mille hominum versabatur.*» (CIC.) *Duo millia et quingenti capti.*» (LIV.)

## LECTIO III.

## DE VERBIS.

\* 1. Si rerum natura perpendatur, duo verborum genera admitti posse videntur: ea scilicet quorum actio terminatur in alium tanquam terminum actionis, ut *lego librum, servio tibi* et quorum actio extra subjectum non exit, ut *sedeo, deambulo*: illa *transitiva*, hæc *intransitiva* recte vocantur. Transitive in *activa* et *neutra* dispertiemur: activis referemus, quæ accusativum petunt; neutris, quæ alium quemcumque casum, sive ea communia sint, sive

deponentia. De impersonalibus, claritatis gratia separatim agemus. His vero, quæ modo ut neutra usurpantur, in catalogo singulis ordinibus subjecto, suum cuique casum adjiciemus.

## DE VERBIS ACTIVIS.

\* Omne verbum activum post se accusativum postulat, ut terminum suæ actionis: *Pompejus amat nos, carosque habet.* (CIC.) Interdum pro accusativo, infinitivum habet, vel membrum orationis: *Quid sit futurum cras fuge quærere,* (HOR.)—*Neque sum admiratus, hanc epistolam... brevem fuisse.* (CIC.)

## I

## GENITIVUS PRÆTER ACCUSATIVUM.

\* 1 Verba *accusandi, damnandi, absolvendi*, præter accusativum, genitivum admittunt, qui pœnam crimenve significet: *Civem romanum capitis condemnare coëgit.* (CIC.) Qui genitivus in ablativum cum præpositione *de* mutari potest.

2 Eadem legem servant *admoneo, commoneo* et *commonefacio*. *Grammaticos officii sui commonemus.* (QUINT.)—*De quo vos paulo ante invitus admonui.* (CIC.)

\* 3 Cum verba *accusandi*, et reliqua modo memorata, judicialia non sunt, sed tantum errasse aliquem significant, habent genitivum personæ et accusativum rei, vel accusativum personæ et ablativum rei, cum præpositione *in*: *Venit ad me Cajus Fufius scelus accusans Pompeji.* (CIC.)—*Primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te excuso.* (CIC.)

## Appendix.

1. Nomina *crimen, pœna* semper ablativo casu usurpantur, imo subaudiuntur, cum genitivus determinati criminis aut pœnæ adjungitur: *Ne ipse alterum iterum ambitus crimine arceseret.* (CIC.)

2. Verbis *damnare, punire, plectere* ablativus adhibetur, vel accusativus cum præpositione *ad*: *Eum vos jurati capite damnastis.* (CIC.) *Damnatus ad metalla.* Verba autem *absolvo, alligo, adstringo* quemadmodum suapte natura ablativum postulant, ita et ablativum pœnam crimenve significantem sine præpositione admittunt: *Ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero.* (LIV.)

Accerso vel arcesso (*acusar ante el juez*) vos ambitus.  
 Incūso (*acusar con queja*) te probri.  
 Coarguo (*redargüir*) illum avaritiæ.  
 Convinco (*convencer*) aliquem inhumanitatis.  
 Infāmo (*infamar ó culpar*) Antonium parricidii.  
 Insimūlo (*motejar*) Verrem audaciæ.  
 Accuso (*acusar*) te conjurationis, de veneficiis.  
 Arguo (*convencer*) regem culpæ, de scelere.  
 Appello (*acusar*) aliquem de proditione.  
 Absolvo (*dar por libre*) te majestatis, de prævaricatione, suspicione.  
 Dammo (*condenar*) illum furti, de majestate, capite.  
 Condemno (*condenar*) aliquem arrogantia, de alea.  
 Defēro (*denunciar*) filium veneficii, de parricidio.  
 Postulo (*acusar*) te impietatis, de ambitu; (*pedir*) hoc á te.  
 Mulcto (*condenar*) aliquem exilio.  
 Admoneo, commoneo (*hacer saber*) illum de rebus suis, fœderis (*amonestar*) te aliquid.  
 Commonefacio (*avisar*) te amicitia.

## II

## DATIVUS PRÆTER ACCUSATIVUM.

\* 1 Verba *dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, antepoenendi* et *postponendi* dativum exigunt, præter accusativum: *Salutem tibi, iidem dare possunt qui mihi reddiderunt* (CIC.)

2 Eundem casum postulant multa composita verba ex præpositionibus *ad, in, ob, præ, sub*: — *Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt.* (CIC.)

\* 3 Omnibus verbis addi potest dativus qui *damnum, commodum* vel *emolumentum* significet; *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem et metis.* (PLAUT.)

## Appendix.

1. Sunt pauca verba, quibus præter dativum personæ, alter dativus adjungitur; vr gr; *laudi, vitio, culpæ, crimini, pignori, facinori, damno*; hæc sunt: *verto, tribuo, duco* et non raro alia similis significationis: *Sudaria Sætäba ex Ib-ri miserunt mihi mun-ri Fabullus et Veranius* (CATVL.) *Ampla domus fit sæpe domino dedecori.* (CIC.) *Pausanias venit auxilio Atticis.* (NEP.) Aliquando deest dativus personæ.

3. Verba composita ex præpositionibus *ad, cum, in* casum præpositionis pro dativo admittunt: *In omnium animis deorum*

*notionem impressit ipsa natura:* (CIC.), *Quod ad te scripseram, ut cum Camillo communicares* (ID.)

## DANDI:

Do, dedo, largior, tribuo (*dar*) operam suam regi.  
 Concēdo (*conceder*) libertatem alicui, (*rendirse*) nemini.  
 Ministro (*dar sirviendo*) poculum regi.  
 Suppedito (*dar á la mano*) cibum filiis.  
 Habeo (*dar*) tibi fidem; Habeo tibi gratiam (*te estoy reconociendo*).  
 Ago (*dar*) tibi gratias.  
 Exhibeo (*mostrar ó dar*) mihi molestias.  
 Præbeo (*dar ó mostrar*) aures convitiis.  
 Præsto (*conservar*) tibi fidem.  
 Impendo (*gastar*) tempus studiis.  
 Lego (*enviar de embajador*) te Antonio, *ad*.  
 Dono (*donar ó premiar*) tibi civitatem, te civitate.  
 Impertio vel impertior (*dar parte de*) tibi laborem, te labore.  
 Mitto (*enviar*) tibi, ad te litteras.  
 Commōdo (*dar prestado*) librum tibi, (opponitur latine *mutuum do*.)  
 Fænerō (*dar á logro*) tibi pecuniam.

## REDDENDI:

Reddo (*volver*) cuique honorem.  
 Restituo (*restituir*) bona tibi.  
 Respondeo (*responder*) rationem mihi, ad interrogata; (*corresponder*) virtus opinioni.  
 Refero (*contar, volver*) tibi gratiam, retro pedem (*volver atrás*).  
 Solvo (*pagar*) tibi pecuniam; (*desatar*) te legibus, Solvo portu vel navis mea solvit, solvo navem (*doime á la vela*)

## COMMITTENDI:

Committo (*encomendar ó entregar*) tibi, fortunas.  
 Commendo (*encomendar*) alicui negotia.  
 Trado (*entregar*) illum Cæsari; se in potestatem, disciplinam alicujus.  
 Credo (*dar en confianza*) tibi pecuniam; (*creer*) mihi testi, tibi hoc.  
 Mando (*encomendar*) aliquid memoria.

## PROMITTENDI:

Promitto (*prometer*) hoc vobis.  
 Polliceor (*prometer*) operam suam alicui.  
 Spondeo (*prometer*) hoc mihi.  
 Recipio (*prometer*) domum tibi; (*recibir*) aliquem in domum, in gratiam, in fidem; (*irse ó acojerse*) se in portum.

## DECLARANDI:

Declaro, explico, aperio, explāno (*declarar*) tibi consilium.  
 Renuncio (*hacer saber*) hoc tibi, aliquem consulem (*deklararle cónsul*); societatem alicui (*avisarle que renuncie á su compañía*); hæreditate (*renunciar la herencia*).  
 Demonstrō, ostendo (*mostrar*) rem vobis.  
 Dico (*decir*) hoc tibi.  
 Significo, indico (*mostrar*) mihi rem omnem.  
 Narro (*contar*) fabellam surdo, de aliqua re  
 Loquor (*hablar*) aliquid tibi vel tecum, de rerum eventu.

## ANTEPONENDI ET POSTPONENDI:

Antepōno, antehabeo, antefēro, præpōno, præhabeo, præfēro, præopto (*anteponer*) virtutem vitii  
 Postpōno, posthabeo, postfēro (*posponer*) vitia virtuti.

## COMPOSITA:

AD.—2 Addo (*añadir*) fiduciam alicui.  
 Adīmo (*quitar*) pupillo fortunas.  
 Adjudico (*entregar por sentencia*) nobis domum.  
 Addico (*entregar*) mihi bona.  
 Adjicio (*añadir*) animum consilio vel ad...  
 Adjungo (*juntar*) provincias imperio.  
 Admisceo (*mezclar*) se vitiiis, cum... ad.  
 Admoveo (*mover hacia otro*) exercitum urbi, ad...  
 Applīco (*arrimar*) naves terræ, ad.  
 Affero (*traer*) frumentum reipublicæ, ad ..  
 Allēgo (*alegar*) hominem, alteri.  
 Appōno (*poner*) notam epistolis, ad ..  
 Admetior (*medir*) frumentum militibus.  
 IN — Incutio (*meter*) terrorem patribus.  
 Infēro (*llevar adentro*) bellum Italiæ.  
 Infigo (*enclavar*) gladium hosti in pectus.  
 Injicio (*echar*) manum alicui, in aliquem.  
 Importo (*traer*) pestem reipublicæ.  
 Insēro (*meter*) cibum infantibus in os.  
 Inūro (*señalar con fuego*) notas vitulis.  
 Indūco (*introducir*) calceum alicui.  
 Indo (*poner*) nomen alicui  
 Injungo (*poner*) laborem alicui.  
 Ingēro (*echar*) ligna foco.  
 Insusurro (*hablar al oído*) alteri aliquid in aurem.  
 PR.E.—Præclūdo (*cerrar*) aditum alicui.  
 Præcipio (*mandar*) hoc tibi.  
 Præficio (*poner á la cabeza*) te civitati.  
 Præfinio (*señalar*) tibi diem.

Præscribo (*señalar ó mandar*) jura civitatibus.  
 Præpāro (*preparar*) regi domum.  
 OB.—Oppōno, objecto, objicio (*oponer y echar*) se telis.  
 Offēro (*ofrecer*) tibi officium.  
 Offundo (*derramar*) caliginem oculis.  
 Oblōquor (*hablar con otro*) tibi discrimina vocum.  
 SUB.—Subdūco (*sacar ó quitar*) tibi cibum.  
 Subjicio (*poner debajo*) ova gallinis.  
 Subtraho (*sacar ó quitar*) materiam furori, se a curia,  
 Suggēro (*dar*) tibi rationes.  
 Suppōno (*poner debajo*) colla oneri.  
 Subscribo (*escribir abajo*) nomen epistolis (*favorecer*) odiis.  
 Supplicō (*suplicar*) vobis veniam, pro amico.  
 3 Confero, compāro (*juntar, comparar*) se illi, cum illo, me in urbem. (*me voy á..*) beneficia in aliquem.  
 Aspergo (*rociar*) salem carni, carnem sale.  
 Interclūdo (*estorbar*) commeatum inimicis, inimicos commeatu.  
 Tollo (*quitar*) suspicionem alicui, aliquem de medio (*matarle*).  
 Parco (*perdonar*) subjectis vitam.  
 Caveo (*guardarse*) sibi insidias, ab aliquo.  
 Timeo, metuo (*temer*) tibi, malum tibi, te, mihi abs te.  
 Gratulor (*dar el parabien*) tibi victoriam, de victoria.  
 Facio (*hacer*) vobis injurias.  
 Aequo (*igualar*) aliquem sibi tecum.  
 Conjungo (*juntar*) provincias imperio, tecum.  
 Demo (*quitar*) auctoritatem pecuniæ, multa de cumulo.  
 Minor, minitor (*amenazar*) mortem fratri, fratrem morte.  
 Anteverto (*anticipar*) alicui damnationem.  
 Exprobō (*dar en rostro*) soporem alicui.  
 Suadeo (*aconsejar*); persuadeo (*persuadir*) hoc tibi.  
 Abrōgo (*quitar del todo*) tibi magistratum, legem, legi.  
 Derōgo (*disminuir*) fidem alicui, legem, de elege.

## III.

## GEMINUS ACCUSATIVUS POST VERBUM.

\* 1 Verba *docendi, monendi, rogandi, interrogandi*, præter accusativum rei, etiam personæ admittunt; priorem in ablativum cum præpositione *de* mutare licet: *Silii causam te docui.* (CIC.) *Litteræ tuæ me erudiant de omni republica.* (CIC.) *Me frumentum flagitabant.* (ID.)

2 Verba petendi frequentius ablativum personæ cum



præpositione *a* vel *ab* reposeunt.—*Miser abs te filium polum flagitat.* (Id.)

## Appendix.

I. Verba composita ex præpositione *trans*, hujus vi secundum accusativum, scilicet loci, assumunt: *Cum Rhodanum copias trajecissent.* (Id.)

2. Verba quædam docendi (*instruo, instituo, imbuo, informo*) loco accusativi, ablativum rei postulant: *Quibus ille studiis se imbuerat.* (Id.)

Moneo (*amonestar*) te hanc rem (*hacer saber*) illum de testamento.

Doceo (*enseñar*) te litteras; (*hacer saber*) te de hoc.

Edoceo (*enseñar*) puero facinora, (*hacer saber*) te de itinere.

Dedoceo (*desenseñar*) aliquem hanc artem.

Rogo, interrôgo (*preguntar*) aliquem multa, de multis.

Celo (*encubrir*) me, se nomen, de insidiis, hoc celêtur patri.

Erudio (*informar*) me de omni republica. (*instruir*) cæteris,

artes, (*instruir*) te leges, et fortia belli præcepta.

Peto, flagito, exigo, contendo, (*pedir*) hoc a te

Deprêcor (*rogar*) aliquid illum, ab illo, mortem (*que no le maten.*)

Oro, rogo (*rogar*) hoc a te.

Exôro, impêtro (*alcanzar con ruegos*) civitatem ad hoste.

Expostulo (*pedir*) hoc a te, (*quejarse*) tecum hanc rem, de...

Percontor (*preguntar*) disciplinam a, ex vobis, illum de hoc.

Quæro (*preguntar*) illud a te, ex te.

Sciscitor (*preguntar*) ab, ex aliquo sententiam.

Posco, reposco (*pedir*) vos nummos, a vobis.

## IV.

## ABLATIVUS PRÆTER ACCUSATIVUM.

G. 1. Verba *implendi, vestiendi, onerandi liberandi* iis contraria, ac multa præterea privandi, præter accusativum, ablativum rei adsciscunt: *Diligentius urbem religione, quam ipsis moenibus cingitis.* (Cic.)

2. Multa hujus ordinis verba, cum commôdum vel incommôdum significant, ut *augeo, levo, induo, impertio* vel *impertior, dono, aspergo*, dativum personæ ut secundi ordinis, habere possunt.—*Dolorem suum nemini impertiebat.* (Cic.) Huc pertinet *exuo*, licet raro dativo personæ jungatur.

## Appendix.

I. Verba hujus ordinis quæ instruere significant, pro ablativo accusativum cum præpositione *ad* admittunt: *Græci falaces sunt, et ad nimiam assentationem eruditi.* (Cic.)

Impleo (*llenar*) se aqua, ollam denariorum.

Compleo (*llenar*) forum lamentatione.

Expleo (*henchir*) suos divitiis.

Imbuo (*empapar*) vestem sanguine.

Repleo (*llenar*) Tibêrim corporibus.

Satio (*hartar*) se somno, de...

Farcio, refercio (*embutir*) pulvinar rosa.

Saturo (*hartar*) se sanguine.

Cumulo (*colmar*) aliquem laudibus.

Augeo (*augmentar*) munus vobis, vos munere.

Obruo (*cubrir*) illum lapidibus.

Induo (*vestir*) te veste, tibi vestem

Vestio, convestio (*vestir*) oculos membranis.

Calceo (*calzar*) aliquem cothurnis.

Cingo (*ceñir*) urbem mœnibus.

Sterno (*aderezar*) lectum pelliculis.

Insterno (*cubrir ó aderezar*) aulam regio ornatu.

Instruo (*instruir*) te consiliis.

Tego (*cubrir*) prudentiam simulatione.

Redimio (*cercar ó coronar*) illum sertis.

Exuo (*desnudar*) regem regno, vanitatem mentibus.

Amicio (*cubrir*) te purpura.

Nudo (*desnudar*) murum præsidio.

Onero (*cargar*) mensas epulis.

Exonero (*descargar*) nos metu.

Premo (*apretar*) urbem obsidione.

Opprimo (*oprimir*) hostem armis.

Levo (*aliviar*) me ægretudine, vobis laborem.

Spolio (*despojar*) aliquem opibus.

Exhaurio (*agotar*) provinciam sumptu, (*sacar*) pecuniam ex aerario.

Everto (*echar*) aliquem fortunis.

Exsolvo (*desatar*) alium vinculis.

Expedio (*desembarazar*) se molestia, ab occupatione.

Impedio (*impedir*) me negotiis.

Implico, irretio, illaqueo (*enredar*) se illecêbris

Libero (*librar*) Italiam metu.

Alligo, adstringo, obligo, obstringo (*obligar*) te beneficio, (*implicarse*) se furti, crimine.

Solvo (*pagar*) nihil pro frumento.

Privo (*privar*) patrem vita.

Dejicio (*derribar*) te statu, de.

Fraudo (*despojar con engaño*) aliquem pecunia.  
 Prohibeo (*prohibir*) prædones insula, *ab...*  
 Orbo (*privar de cosa amada*) patrem filio  
 Viduo (*privar*) urbem civibus.  
 Abdico (*quitar y privar*) se magistratu, libertate.  
 Defraudo (*quitar con engaño*) te drachma.  
 Munero, munëror (*regalar*) te his rebus, (*remunerar*).  
 Remunero, remuneror (*galardonar*) te munere, (*recompensar*) meritum.  
 Afficio (*dar ó causar*) te tristitia, dolore, lætitia (*enriquecer*) præda populares suos.  
 Prosëquor (*seguir*) fugientes, aliquem amore, odio, laude, honore, (*amar, odiar...*)  
 Muto (*mudar*) gaudium mærore  
 Cummuto (*trocar*) fidem pecunia.  
 Permuto (*trocar*) aliquid mercède  
 Tempëro (*governar*) rempublicam legibus, (*templar mezclando*) vinum aqua balneum ignibus; (*moderarse en algo*) sibi lacrymas, se a lacrymis, risu. Temperare se ab injuria (*no injuriar;*) (*refrenar*) manibus, linguæ, victoriæ, lacrymis.

## V.

## ABLATIVUS CUM PRÆPOSITIONE PRÆTER ACCUSATIVUM.

1. Verba auferendi, removendi, abstinendi, accipiendi, cognoscendi ablativum cum præpositione *a* vel *ab*, præter accusativum admittunt: *A quo periculo defendite, iudices, civem fortem.* (Cic.)
2. Verba cognoscendi et pleraque composita ex præpositione *ex*, hanc vel *de* admittunt: *Ea certissim aputabo, que ex te cognovero.* (Cic.)

Aufëro (*quitar*) vasa haic, *ab* hoc; pecuniam *ex*, *de* ærario  
 Excipio (*arrebatar*) aliquem morti, *a*, *ex* custodia.  
 Furor (*hurtar*) hoc alteri, *abs* te.  
 Subripio (*tomar á escondidas*) aliquid alicui, *ab* aliquo.  
 Abripio (*arrebatar*) filios *a*, *ex* complexu.  
 Abdico (*quitar por fuerza*) discipulum *a* magistro.  
 Abstraho (*tomar ó sacar por fuerza*) se *a* valetudine.  
 Abalieno (*enajenar*) voluntatem *a* me.  
 Abrãdo (*raer ó quitar por fuerza*) hoc *a* te  
 Adjudico (*quitar por sentencia*) *a* vobis, sibi libertatem  
 Avello (*arrancar ó quitar*) aliquem *a*, *ẽ*, *de* suis.  
 Removeo (*apartar*) se *a* suspicione.  
 Absterreo, deterreo (*apartar aterrando*) aliquem *a* sententia.  
 Amoveo (*apartar*) curam *a* se.

Avoco (*apartar*) se *a* vitiis.  
 Arceo (*echar apartando*) hostem *a* mœnibus.  
 Ejicio (*echar*) aliquem *a* suis, se *ẽ*, *ex* navi *in* terram.  
 Repello (*rechazar, apartar ó arrojar*) fratrem *a* genibus.  
 Avertor (*apartar*) hostem *a* portis  
 Pello, depello (*echar á empellones*) te domo, *a*, *de* domo.  
 Revoco (*volver apartando*) te *ab* incepto, illum *ex* morte *ad* vitam.  
 Exturbo, deturbo (*derribar*) illum tribunali, *a*, *de* ex.  
 Abigo (*apartar ú ojear*) pestem *a* me.  
 Separo (*apartar ó dividir*) vera *a* falsis.  
 Abstineo (*abstenerse*) se alienis, *ab* ..  
 Cohibeo (*refrenar*) manus *ab* auro.  
 Refrãno (*refrenar*) adolescentem *a* gloria.  
 Contineo (*refrenar*) manus *ab* aliquo.  
 Accipio (*recibir*) aliquid *a* te.  
 Sumo (*tomar*) *a* te exemplum, supplicium *ab* aliquo (*castigar*.)  
 Emo, mercor (*comprar*) pallium *a* vobis.  
 Condūco (*tomar ó alquilar*) domum *ab* illo.  
 Colligo (*cojer*) fructus *ex* arbore.  
 Reporto (*traer ó alcanzar*) victoriam *ab* hostibus.  
 Mutuo, fãneror (*tomar prestado á rédito*) talentum *a* patre  
 Intelligo (*entender*) hoc *ex*, *de* te.  
 Disco (*aprender*) causam *a*, *de* te.  
 Cognosco (*conocer*) aliquid *ex* alio.  
 Agnosco (*conocer*) hoc *ex* illo.  
 Conjicio, conjecto (*conjeturar*) hoc *ex*, *de* tuis litteris, aliquem *in* vincula (*prender, encarcelar*.)

## VI.

## DE VERBIS ACTIVIS PASSIVE USURPatis.

1. Cum verba activa passiva fiunt accusativus in nominativum migrat, nominativus in ablativum cum *a* vel *ab*, quæ præpositio supprimitur cum ablativus est rei inanimatæ: cæteri casus integri manent: *Majestatis absoluti sunt permulti ab iudicibus.* (Cic.)
2. Cum verba sunt tertii ordinis, accusativus qui præstantior est in nominativum vertitur; si vero quinti sunt ordinis, servato ablativo personæ agentis, ablativus alter in dativum migrat, hoc modo: *Vestis auferitur a me tibi, pro a te.*

## Appendix.

1. *Vapulo* et *veneo* passionem significant, ideoque ut passiva construuntur, activis terminationibus servatis. *Testis rogatus an*